



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

Constantini Imp. oratio ad Concilium Nicaenum de pace.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ANNO  
CHRISTI  
325.

του ψυχῆς. εἰσὶ δὲ Ἐνανθεματι-  
δέντες αἰρεσιώται, ἄπο πρεσβυτέ-  
ρον μὲν, Ἀρειος· ἄπο διακόνων δὲ,  
Ἀχιλλᾶς, Εὐζώϊος, Αειθαλής,  
Λούκιος, Σαρμάτης, Ιούλιος,  
Μινας, Ἀρειος ἕτερος, Ἑλλάδιος.

stum animo percipere. Sunt autem  
hæretici anathemate damnati, ex  
numero presbyterorum, Arius; ex  
diaconorum autem, Achilles, Eu-  
zoius, Aithales, Lucius, Sarmata,  
Iulius, Menas, Arius alter, & Hel-  
ladius.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΛΕ-  
Ξάνδρου Ἀλεξανδρείας  
ἐπιστολὴ β'.

ALTERA EPISTOLA  
Alexandri episcopi  
Alexandriæ.

Τοῖς ἀγαπῆτοῖς καὶ ἡμιωθέτοῖς  
συλλειτουργοῖς, τοῖς ἀπαντα-  
χθὸς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας,  
Ἀλέξανδρος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Dilectis & honorabilibus, qui ubi-  
que sunt, catholica ecclesia commu-  
nistris, Alexander in Domino sa-  
lutem.

Σοφ. βιβ.  
α. κρ. γ'.

ΕΝΟΣ σώματός ἐσμεν ὄντος  
τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας,  
ἐν πολλῆς τε οὐσῆς ἐν ταῖς θείαις γρα-  
φαῖς, πρεῖν ἡμῶν σὺν δέσμῳ τῆς  
ὁμοιοῦσας καὶ εἰρήνης.

CVM sit vnum corpus ecclesia  
catholica, cumque in diuinis  
scripturis præceptum sit, vt con-  
cordiæ ac pacis vinculu seruemus:  
Vide reliquum infra apud Gelasium  
in Actis Concilii Nicæni lib. 2. c. 3.

Ex Socrat.  
lib. 1. c. 3.  
Epb. 4. c. 3.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ  
βασιλέως πρὸς τὴν συνέδρον  
πρὸς εἰρήνης.

CONSTANTINI IMP.  
oratio ad Concilium Nicæ-  
num de pace.

Εὐφ. βιβ.  
α. κρ. γ'.

ΕΥΧΗΣ μὲν ἐμοὶ τέλος ἴδω,  
ὦ φίλοι, τῆς ὑμετέρας δό-  
λαύσαι χορείας· τοῦτου δὲ τυγῶν,  
εἰδέναι τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων τὴν  
χαρὴν ὁμολογῶ, ὅτι μοι πρὸς τοῖς  
ἄλλοις ἅπασιν, ἔπειτα κρείττον ἀγα-  
θὸν παντὸς ἰδεῖν ἐδώρησάτο· φημι  
δὴ τὸ σωτηριώδη ὁμολογῶντας ἀ-  
πολαβεῖν, μίαν τε κοινὴν ἀπάντων  
ὁμόφροντα γνώμην θεάσασθε, μή δὴ  
οὐκ ἀσπίδου ὡς ἐχθρὸς τοῖς ἡμε-  
τέροις καλοῖς λυμαίνεσθαι, μηδὲ τὴν  
πυρρῶν θεομαχίας ἐκποδῶν  
ἄρεσις, θεοῦ σωτήρος διώμει,  
ἐπέρος ὁ φιλοπόνητος δαίμων ὁ  
θεῶν νόμον βλασφημίας πει-

QVONIAM mihi admodum  
in optatis fuit, amici carissi-  
mi, isto vestro confesſu aliquando  
frui: iam eo potitus, regi & mode-  
ratori omnium Deo ideo gratias  
me agere debere fateor, quod mihi  
præter alia omnia largitus est, vt  
istud quod omnibus bonis antecel-  
lit, nempe vos in vnum conuoca-  
tos, vnamque omnes & consen-  
tientem habituros voluntatem, o-  
culis tandem aspiciam. Nolite igitur  
pati, vt vlla inuidiæ tempestas,  
noſtris rebus prosperis inimica,  
istud bonum labefactet: neq; cum  
tyrannorum dimicatio contra Deum  
suscepta, iam Dei virtute proſtiga-  
ta sit, vt denuo perditus dæmon di-  
uinam Christi disciplinam & reli-

Ex Euseb.  
lib. 3. de vi-  
ta Constant.  
c. 12.  
Prolixiorē  
aliam Con-  
stantini or-  
ationē vi-  
de infra a-  
pud Gela-  
sium lib. 2.  
cap. 7.

gionem, malucolorum obtreccationibus lacerandā obiiciat: quandoquidem intestina seditio in ecclesia Dei conflata multo plus molestiarum & acerbitalis, quā quoduis bellum pugnave, videtur mihi in se complecti: atque hæc longe plus, quam externa, doloris afferre videntur. Cum igitur Dei optimi maximi nutu & auxilio adiutus, victoriam ab hostibus reportassem, nihilq; amplius mihi reliquum putarē, quam vt tum Deo gratias agerem, tum vna cum his qui, Deo opē ferente, per me essent in libertatem vindicati, communem lætitiā animo perciperem: vt primum defensio vestra ad aures meas præter omnem spem peruenit, rumorem illum de ea allatum non plane neglexi; sed optans in primis, vt huic rei mea opera & sedulitate remedium inueniretur, omnes vos abſque mora accerſiui. Ac tametſi lator equidem vehementer, cum iam vestrum confessum intueor: tunc tamen arbitror me res maxime ex animi sententia gesturum, vbi omnes vos animorum coniunctione colligatos, & vnam eamque cōmunem inter omnes, & tranquillam concordiam (quam quidem vos, cū sitis Deo consecrati, aliis etiam a Deo impetrare consentaneum est) vigere florere; intellexero. Itaq; ne vlla sit, quaeso, in vobis mora, o carissimi, ac ministri, boniq; famuli Dei, & cōmunis omnium nostrum Domini & Saluatoris: ne grauemini, inquam, deinceps causas diffensionis inter vos grassantis iā in medium afferre: primoque omnium operam detis, vt omnia vincula, quibus constricta tenetur controuersia, pacis legibus omnino dissoluantur. Sic enim estis & Deo omnium gubernatori rem gratam facturi, & mihi vestro conferuo maximum præstaturi beneficium.

ORATIO

καλλέτω ὡς ἔμοιγε παντὸς πολέμου καὶ μάχης δεινὴ ἔχραλεποτέρα ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ ἐμφύλιον νενόμισται σάσις· καὶ μάλλον ταῦτα τῆν ἐξωθεν λυπηρὰ καὶ φαίνεται, ὅτε τοῦ τὰς κτλ τῆν πολέμιων νίκας νάμαλι καὶ σωεργία τῆ κρείττονος ἡραμω, οὐδὲν τε λείπην εὐόμιον, ἢ θεῶν μὲν νομίζεν τὴν χάριν, συχαίρην δὲ καὶ τοῖς \* ὑπὲρ αὐτῶν δι' ἡμῶν ἡλωθεσθαι νοῖς ὅτι τὴν ὑμετέραν διάστασιν παρ' ἐλπίδα πῶσαι ἐπυδομω, καὶ εὐδότερον τὴν ἀκολῶ ἐδῶμω. τυχῆν δὲ καὶ τὸ το δεσπετίας δι' ἐμῆς ἀξίωμω ἰσπρησίας, εὐδὲν πάντας ἀμελλητῆ \* συμπετεσθαι μω. καὶ χαίρο μὲν ὅσον τὴν ὑμετέραν οὐμήγυεν, τότε δὲ μάλισσα κρῖνω κατ' ἀρχὰς ἐμαυτ' ἀραξῆν, ἐπέδαν τὰς ἡυχὰς ἀνακραδέντας ἰδοίμι εὐδὲν πάντας, μίαν τε κοινῶν βραβείων τοῖς πᾶσιν εἰρηνικῶν συμφωνίαν, καὶ καὶ ἑτέροις ὑμᾶς πρέπον ἀν' εἰν πρεσβείαν, εὐδὲν τῶ θεῶ καθεσθῶμω. μὴ δηοῦν μέλλετε, ὦ φίλοι, μὴ δὴ, λῆπουρσοὶ θεοῦ, καὶ τῆ κοινῶν πάντων ἡμῶν δεσποῦ τε καὶ σωτῆρος ἀγαθοὶ δεσποῦντες, τὰ τῆς εὐ ὑμῶν διαστάσεως ἀπὸ εὐδὲν ἡδη φέρην εἰς μέσον δεσπῶμω, πάντα σωδισμῶ ἀμφιλογίας νόμοις εἰρῆνης ὀπλιόσασθαι. οὐτῶ γὰρ καὶ τῶ ὀπῆ πάντων θεῶ τὰ δεσπετίας διαπεραγμένους εἴητε ἀν', καὶ αἰμοὶ τῶ ὑμετέρον σωδισθῶν ὑπὲρ βάλουσαν δώσετε χάριν.

ANNO  
CHRISTI  
337.ANNO  
CHRISTI  
337.